


967 Netherby, fragmentum tabulae lapideae, longum dig. 22.




Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3, 39; Lysons *Cumberl.* p. 156, 79; Hodgson 2, 3 p. 251; Bruce in schedis.

1 ANIO Lys., Hodgs. 2 HASOLO Hutch., A SOLO reliquis omissis Lys., Hodgs. 3 SVB OR G IVL Hutch., SVB CVR C IVL Lys. 5 IXXIXIMO TRIT Hutch.

.... Anto[nino]? fecit aut restituit] a solo sub cur(a) G. Iul(ii) [leg(ati)] Aug(usti) pr(o) pr(aetore), instante Maximo trib(uno)

968 From Netherby.



Bruce in schedis.

Vexillatio leg(ionis) VI vi(ctrice). Leg(io) VI v(ictrix)

969 Netherby, tabella alta ped. 1 dig. 6, lata dig. 9.

VII
caper ma-
rinus
Pegasus

Bruce *wall* p. 359. Animalia illa signa fuisse videntur legionis secundae; unde fortasse cogitandum de [coh(orte)] VII eius legionis.

970 Netherby, lapis longus dig. 11, altus 6. In *Hoddam Castle* PENN.

PED · CLA
B R I

Pennant *tour in Scotland* vol. 2 append. p. 408 (inde Hodgson 2, 3 p. 253); Bruce *wall* p. 416. Diversus ab Amboglannensi, qui eadem verba continet, supra n. 864.

Pennant male ita exhibet C.L. | BED.BR.P. peiusque etiam explicat. Sed indicatur sine dubio idem titulus.

Ped(atura) cl(a)s(sis) Bri(tannicae)

971 Netherby, lapis centurialis; litterae intra tabellam ansatam.

ASXIM
AVAN<

Bruce in schedis. Fortasse non diversa a. n. 1077.

972 Netherby, rep. a. 1788, cippus fastigio ornatus, altus ped. 3 dig. 11, latus ped. 2 dig. 1, litteris malis.


luna
D M
TITVLLINIA
PVSSITTA
CIS RAETA
5 VIXSIT
ANNOS XXXV
MENSES VIII
DIES XV
TV

H. Rooke *Archaeologia* 9, 1789 p. 222 tab. 17 fig. 1; Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 537 tab. 3 fig. 20; Lysons *Cumberl.* p. 160, 136; Hodgson 2, 3 p. 251; Bruce *wall* p. 414.

2 TITVLIANA Hodgs. male. 4 GIS plerique; ut dedi Hodgson et Bruce. V. 9 in margine inferiore additus fortasse post reliquum titulum incisum. TX Rooke, . . X Hutch., om. Lys.

D(is) M(anibus) Titullinia Pussita, cis (i. e. ci-vis) Raeta, vixit annos XXXV menses VIII dies XV. Tu . . . ?

973 Netherby, fragmentum.



Bruce in schedis.

LX. BEWCASTLE.

A Netherby versus orientem atque prope lineam viae Romanae *the Maidenway* a vulgo dictae, quam ab Alione (supra cap. XXIX) versus vallum tetendisse et prope Amboglannam (cap. LII) illud transgressam esse vidimus, Bewcastle (Camden ed. VI a. 1607 p. 643 *Beucastle*, qui olim *Buethcastle* scribi solitum tradit; recentioribus etiam *Beaucastle*) situm est, castellum limitaneum hodie dirutum in ipso castrorum olim Romanorum loco natura munito collocatum (cf. Horsley p. 270; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 92 s.; Goughs Camden 3 p. 454; Hodgson 2, 3 p. 206; I. Maughan apud Whellan *Cumberl.* p. 632; Bruce *wall* p. 354). Prodierunt ibi cum lapidibus nonnullis non scriptis (Horsley praef. p. XXI) tituli pauci quidem, sed qui probent iam inde ab Hadriani tempore (cf. n. 978) legionem secundam et cohortem incertam (fortasse I Aeliam Dacorum Amboglannensem, supra cap. LII) castra ibi aut munivisse aut

defendisse. De nomine vero castrorum antiquo sciri nihil potest; Horsleius titulos A. Platorii Nepotis nomen referentes (n. 660—663) male interpretatus Apiatorii nomen iis dederat, Hodgson de Banna cogitavit, de qua diximus in praefatione cap. LIII, non sine quadam probabilitate. Nam iter sane Romanum fuisse Amboglanna Bannam vas Rudgense indicat situmque est Bewcastle, ut dixi, ad viam *the Maidenway* ab Amboglanna eo ducentem. Tamen conjectura tantum est, quamvis probabilis.

Ex titulis eius loci BAINBRIGGIO aliisque CAMDENI amicis unus (n. 979), postea ad Naworth castle translatus, alter HORSLEIO (n. 978), reliqui scriptoribus historiae Cumbricae HUTCHINSONI et LYSONS (n. 974, 975) et antiquariis Cumbricis CARLISLE et MAUGHAN (n. 974, 976, 977) debentur. Ego locum non adii.

974 Bewcastle, ara rep. a. 1792 in the bed of the rivulet Leven. Servabat D. Carlisle.

SNC TO CO
CIDEO AVWC
FELICISSI
MVS · TRIBVN
5 EX EVOCATO
V · S · L · M

D. Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 69 tab. 6 fig. 23 (inde Orell. 1983; Hodgson 2, 3 p. 206); Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 94; Lysons *Cumberl.* p. 153, 47.

2 AVWC Hutch. T. Auruncus legunt Carlisle et Lysons.

Sancto Cocido[i]o T. Aurunc(ius)? Felicissimus tribun(us) ex evocato v(otum) s(olvit) libens m(erito)

975 Bewcastle, over the channel of the gate of the public house yard.

I O M
COH I DAC. I // /
ATLE // / T CENTVR
FECIT //

Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 93 (inde Lysons *Cumberl.* p. 151, 14).

976 Beaucastle. I was told of another stone found at this place, with templum distinctly upon it, but it was then broken and destroyed HORSL. In the spring of 1852 I found the upper part of a Roman altar, which is probably the one to which Horsley alludes MAUGH.

I O M
DOLICHENO
TEMPLVM ASC
PROS

Horsley p. 271; Bruce *wall* ed. II p. 378 cui misit I. Maughan; ab eodem habuit Whellan *Cumberl.* and Westmorel. p. 633.